3. Æschylus pugnat Marathone. Marmor Parium p. 302, 65. *ᾗ ἐν μάχῃ συνηγωνίσατο Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς ἐτῶν ὢν ΔΔΔΓ.* Suidas, *Αἰσχύλος—ἀδελφὸς Ἀμεινίου, Εὐφορίωνος καὶ Κυναιγείρου τῶν εἰς Μαραθῶνα ἀριστευσάντων ἅμα αὐτῷ.* Scriptor vitæ, *γενναῖον δέ φασιν αὐτὸν καὶ μετασχεῖν τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης σὺν τῷ ἀδελφῷ Κυναιγείρῳ, τῆς τε ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας σὺν τῷ νεωτέρῳ ἀδελφῷ Ἀμεινίᾳ καὶ τῆς ἐν Πλαταιαῖς πεζομαχίας.* Diem pugnæ Boedromionis sextum fuisse refert Plutarchus in Vita Camilli c. 19. (*ἕκτῃ ἱσταμένου Βοηδρομιῶνος* idem Moral. p. 349 F.) cui rationes quædam obstare videntur a Frereto in Commentationibus Academ. Paris. vol. 18. p. 134. et Boeckhio in Procemio lectionum æstivarum Berolin. a. 1816. expositæ,

cujus disputationis summam repetivit Ideler. Chronol. vol. 1. p. 291: ex quibus colligitur pugnam mense Metagitnione medio pugnatam, a Plutarcho autem diem quo sacra facta sint Dianæ cum die pugnæ esse permutatum. Similem ejusdem Plutarchi de pugna Salaminia errorem notabimus ad olymp. 75, 1.

OLYMP. 73.

1. *Anchises.* 2. 3. *Archontes ignoti.* 4. *Philocrates.*

1. Chionides fabulas docere cœpit. Suidas, Χιωνίδης Ἀθηναῖος. *κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας· ὃν καὶ λέγουσι πρωταγωνιστὴν γενέσθαι τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, διδάσκειν δὲ ἔτεσιν ὀκτὼ πρὸ τῶν* Περσικῶν (i. e. olymp. 72, 4. vel 73, 1.) Huic quodammodo adversari visus est Aristoteles Poet. c. 3. qui Epicharmum, quem circa olymp. 73. floruisse aliunde constat, *πολλῷ πρότερον* esse dicat *Χιωνίδου καὶ Μάγνητος*. ex quo Meinekius Histor. com. p. 28. collegit Chionidem aliquot olympiadibus quam Suidas tradiderit inferiorem fuisse. Quæ mihi non satis certa ratio videtur. Nam quum Epicharmus non olympiade demum 73. fabulas docere cœperit, sed jam compluribus annis ante artis suæ specimina edidisse videatur, recte dici potuit *πρότερος Χιωνίδου*, neque argutandum in eo quod Aristoteles *πολλῷ πρότερον* dixit, Chionidis, ut videtur, ratione minus habita quam Magnetis, quem *νέον Ἐπιχάρμῳ πρεσβύτῃ ἐπιβεβληκέναι* testatur Suidas s. v. *Μάγνης*. De Epicharmo autem testem habemus scriptorem de comœdia p. 23, 19. *οὗτος πρῶτος τὴν κωμῳδίαν διερριμμένην ἀνεκτήσατο πολλὰ προσφιλοτεχνήσας· χρόνοις δὲ γέγονε*[a] *κατὰ τὴν ογ' ὀλυμπιάδα*. Eodem redeunt quæ apud Suidam leguntur s. v. *Ἐπίχαρμος, ἦν δὲ πρὸ τῶν*

a *γέγονε*] Hoc est *floruit, celebratus est:* quo sensu verbis *γίγνεσθαι* et *εἶναι* non raro utuntur grammatici et chronographi. De anno Epicharmi natali quum nulla supersint diserta testimonia veterum, Grysarius in Quæstionibus de comœdia Doriensium p. 133 seqq. probabilibus rationibus usus demonstravit poetam circa olymp. 60. natum fuisse. Ex quo de mortis quoque tempore conjecturam capere licet, collato Diog. L. 8, 78. qui anno ætatis nonagesimo poetam mortuum esse refert, numero fortasse rotundo posito, sed qui a vero haud dubie propius abest quam quem Pseudo-Lucianus in Macrobiis c. 25. posuit annum septimum et nonagesimum. Qui scriptor aliorum quoque virorum ætatem adjectis aliquot annis exaggeravit: quod de Sophocle notabimus ad olymp. 93, 3.

Περσικῶν ἔτη ἕξ, διδάσκων ἐν Συρακούσαις· ἐν δὲ Ἀθήναις Εὐέτης καὶ Εὐξενίδης καὶ Μύλλος[b] ἐπεδείκνυντο. Quæ comparata cum iis quæ de Chionidis ætate tradidit Suidas non sic sunt interpretanda ut Euetes ceterique duo poetæ altero demum post primam Chionidis fabulam anno in scenam prodisse credantur, quod parum verisimile esse recte monuit Meinekius p. 28, sed sic potius intelligenda sunt ut Chionidis ad poetas illos ratio eadem fuerit quam Magnetis ad Epicharmum fuisse supra dicebamus.

Eidem olympiadi Dinolochum adscribit Suidas, Δεινόλοχος Συρακόσιος ἢ Ἀκραγαντῖνος, κωμικός. ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ογ′ ὀλυμπιάδος, υἱὸς Ἐπιχάρμου, ὡς δέ τινες μαθητής. ἐδίδαξε δράματα ιδ′ Δωρίδι διαλέκτῳ. Ἀνταγωνιστὴς Ἐπιχάρμου vocatur ab Æliano V. H. 6, 51.

4. Æschylus primum in certamine tragico vincit. Marmor Parium p. 302, 65. Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησε καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐγένετο—ἄρχοντος Ἀθήνησι Φιλοκράτους. De Euripidis anno natali vix dubitari potest quin rectius statuant scriptores ad olymp. 75, 1. indicandi, licet errorem suum repetat chronographus Parius ad olymp. 84, 3. ubi Euripidem annos natum fuisse annotat tres et quadraginta. Idem mortuum esse Euripidem refert olymp. 93, 2, quum deberet 93, 3.

Errorem Suidæ, qui Sophoclem hoc anno natum tradiderit, notavimus ad olymp. 71, 2.

Eodem anno Gelo Syracusas occupat et Hieronem Gelæ præficit. V. Diodor. 11, 38. Herodot. 7, 156.

OLYMP. 74.

1. *Leostratus.* 2. *Nicodemus.* 3. *Archon ignotus.* 4. *Themistocles.*

Achæus tragicus. Suidas, Ἀχαιὸς—Ἐρετριεὺς, τραγικὸς, γέγονε κατὰ τὴν οδ′ ὀλυμπιάδα.—ἦν δὲ νεώτερος Σοφοκλέους ὀλίγῳ τινί.

Cyrillus c. Julian. p. 13 B. ἐν ἑβδομηκοστῇ τετάρτῃ ὀλυμπιάδι

[b] Euetis et Euxenidis nomina aliunde non cognita: Myllum memorant Diogenian. Proverb. 6, 40. Zenob. 5, 14. Hesychius, Photius p. 279, 25. aliique grammatici, ab Meinekio indicati p. 27.

Φρύνιχος καὶ Χοιρίλος. Euseb. Can. p. 337. *Ol.* 74. *Chœrilus et Phrynichus cognoscebantur.* De Chœrilo conf. olymp. 64. de Phrynicho olymp. 67.

OLYMP. 75.

1. *Calliades.* 2. *Xanthippus.* 3. *Timosthenes.* 4. *Adimantus.*

1. Æschylus pugnat ad Salaminem. V. scriptorem vitæ, cujus verba apposuimus ad olymp. 72, 3. Diem pugnæ Munychionis decimum sextum fuisse scribit Plut. V. Lysandri c. 15. et Moral. p. 349 F, quinque fere mensibus ab vero aberrans: neque enim vere, sed auctumno ineunte pugnatam esse ex aliorum scriptorum testimoniis colligitur. De quo dixerunt Clintonus p. 30. et Ideler. Chronol. vol. 1. p. 309.

Eodem die nascitur Euripides, ἡμέρᾳ καθ' ἣν οἱ Ἕλληνες ἐναυμάχουν ἐν Σαλαμῖνι, ut scribit Plutarchus Sympos. 8, 1. quocum consentiunt Suidas s. v. Εὐριπίδης, scriptor vitæ apud Elmsleium in appendice ad Bacchas et Thomas M. Anni notam confirmant etiam Diog. L. 2, 45. et, de quo ad olymp. 93, 3. dicemus, Eratosthenes. Quorum scriptorum testimoniis convellitur marmoris Parii error notatus ab nobis ad olymp. 73, 4.

2. Æschylus ad Platæas pugnat. V. scriptorem vitæ ad olymp. 72, 3. citatum. Diem pugnæ Boedromionis tertium fuisse refert Plutarchus V. Camilli c. 19, quartum V. Aristidis c. 19. quem erroris convicit Ideler. Chronol. vol. 1. p. 364. præeunte Boeckhio in Proœmio ad indicem lectionum æstiv. Berolin. a. 1816. qui prœlium die 27. Panemi Bœotii (s. Metagitnionis Attici) factum, solemnia autem victoriæ in tertium vel quartum Boedromionis diem dilata esse conjecit.

Arsit Ætna, ἄρχοντος Ἀθήνησι Ξαντίππου, ut scriptum in marmore Pario p. 302, 69. Quinquaginta ante olymp. 88, 3. annis hoc accidisse narrat Thucydides 3, 116. numero rotundo, ut videtur, usus. Ad eruptionem illam respici in Prometheo Æschyli v. 367. viri quidam docti conjecerunt: de quo dixi in annotatione ad versum illum.

3. Mortuo Geloni in imperio Syracusarum succedit Hiero. V. Diodor. 11, 38.

4. Phrynichus tragœdia vincit. Plutarch. V. Themist. c. 5. *ἐνίκησε δὲ καὶ χορηγῶν τραγῳδοῖς* (Themistocles), *μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος ἔχοντος. καὶ πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα, Θεμιστοκλῆς Φρεάρριος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδείμαντος ἦρχεν.* Inter fabulas quas Phrynichus hoc in certamine produxerit Phœnissas fuisse probabiliter conjecit Bentleius Opusc. p. 293. Argumentum idem fuit quod Persarum Æschyli, similitudo tanta ut Persæ, quæ fabula acta est olymp. 76, 4, *ἐκ τῶν Φοινισσῶν Φρυνίχου παραπεποιῆσθαι* quibusdam visa sit, ut ex Glauco refert Persarum argumenti scriptor.

Eodem fere tempore Epicharmi *Νάσους* scriptas esse conjicit Clintonus p. 33. collato schol. Pind. Pyth. 1, 98. *ὅτι Ἀναξίλαος Λοκροὺς ἠθέλησεν ἄρδην ἀπολέσαι καὶ ἐκωλύθη πρὸς Ἱέρωνος ἱστορεῖ Ἐπίχαρμος ἐν Νάσοις.* Anaxilaus, Rhegii tyrannus, obiit olymp. 76, 1. teste Diodoro 11, 48. duobus post susceptum ab Hierone Syracusarum imperium annis. Itaque fabulam illam non ante olymp. 75, 4. actam esse. Epicharmum autem, cujus de ætate diximus ad olymp. 73, 1, Hierone regnante floruisse testatur marmor Parium p. 302, 71. *Ἱέρων Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν—ἄρχοντος Ἀθήνησι Χάρητος* olymp. 77, 1. *ἦν δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς κατὰ τοῦτον.* et Plutarch. Moral. p. 68 A. 175 C.

OLYMP. 76.

1. *Phædo.* 2. *Dromoclides.* 3. *Acestorides.* 4. *Meno.*

1. Hiero expulsis Naxiis et Catanæis alios partim ex Peloponneso partim Syracusis colonos illuc deducit Catanamque mutato nomine Ætnam appellat. Diodor. 11, 49. Strabo 6. p. 268.

4. Persas docet Æschylus, secundam fabulam tetralogiæ, de qua scriptor argumenti Persarum, *ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ* (*πυρφόρον* dicit Prometheum). Persarum fabulam in theatro Syracusano iterum actam memorabimus ad olymp. 77, 4.

OLYMP. 77.

1. *Chares.* 2. *Praxiergus.* 3. *Demotion.* 4. *Apsephion.*

Brevi post Persas tempore Septem ad Thebas editam esse ex annotatione colligitur scholiastæ ad Aristoph. Ran. 1053. οἱ Πέρσαι πρότερον δεδιδαγμένοι εἰσὶν, εἶτα οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. collatis scriptorum de itinere in Siciliam olymp. 77, 4. suscepto testimoniis. Vivo Aristide, quem olymp. 77 exeunte vel 78 ineunte obisse constat, fabulam actam esse ex Plutarchi quadam narratione cognoscitur in V. Aristidis c. 3.

4. Nascitur Socrates. V. locos scriptorum a Clintono collectos p. 37. 39.

Pericles ad rempublicam accedit. Quod colligitur comparatis inter se locis Plutarchi V. Pericl. c. 7. et 16. Ciceron. de oratore 3, 34.

Sophocles primum tragœdia vincit, Æschylus ab Sophocle victus in Siciliam abit. Marmor Parium p. 302, 70. Σοφοκλῆς ὁ Σοφίλλου ὁ ἐκ Κολωνοῦ ἐνίκησε τραγῳδίᾳ ἐτῶν ὢν ΔΔΓIII. ἄρχοντος Ἀθήνησι Ἀψηφίωνος. Plutarch. V. Cimon. c. 8. πρώτην διδασκαλίαν τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καθέντος Ἀψηφίων ὁ ἄρχων, φιλονεικίας οὔσης καὶ παρατάξεως τῶν θεατῶν, κριτὰς μὲν οὐκ ἐκλήρωσε τοῦ ἀγῶνος, ὡς δὲ Κίμων μετὰ τῶν συστρατήγων προελθὼν εἰς τὸ θέατρον ἐποιήσατο τῷ θεῷ τὰς νενομισμένας σπονδὰς, οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἀπελθεῖν, ἀλλ' ὁρκώσας ἠνάγκασε καθίσαι καὶ κρῖναι δέκα ὄντας, ἀπὸ φυλῆς μιᾶς ἕκαστον. ὁ μὲν οὖν ἀγὼν καὶ διὰ τὸ τῶν κριτῶν ἀξίωμα τὴν φιλοτιμίαν ὑπερέβαλε. νικήσαντος δὲ τοῦ Σοφοκλέους λέγεται τὸν Αἰσχύλον, περιπαθῆ γενόμενον καὶ βαρέως ἐνεγκόντα, χρόνον οὐ πολὺν Ἀθήνησι διαγαγεῖν, εἶτ' οἴχεσθαι δι' ὀργὴν εἰς Σικελίαν, ὅπου καὶ τελευτήσας περὶ Γέλαν τέθαπται. Duplicem de caussis itineris Siculi famam memorat scriptor vitæ, ἀπῆρε δὲ ὡς Ἱέρωνα τὸν Σικελίας τύραννον, κατὰ τινὰς μὲν, ὡς ὑπὸ Ἀθηναίων κατασπουδασθεὶς καὶ ἡσσηθεὶς νέῳ ὄντι τῷ Σοφοκλεῖ, κατὰ δὲ ἐνίους, ἐν τῷ εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας ἐλεγείῳ ἡσσηθεὶς Σιμωνίδῃ· τὸ γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαθὲς λεπτότητος μετέχειν θέλει, ὃ τοῦ Αἰσχύλου, ὡς ἔφαμεν, ἐστὶν ἀλλότριον. ἐλθὼν τοίνυν εἰς Σικελίαν, Ἱέρωνος τότε τὴν Αἴτνην κτίζοντος, ἐπεδείξατο τὰς Αἰτναίας, οἰωνιζόμενος βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικοῦσι τὴν πόλιν. καὶ σφόδρα τῷ τυράννῳ Ἱέρωνι καὶ τοῖς Γελώοις τιμηθεὶς, ἐπιζήσας τρίτον ἔτος, ὢν ἐτῶν πέντε πρὸς

τοῖς ἑξήκοντα, τοῦτον ἐτελεύτα τὸν τρόπον. etc. quibus tertia quædam accedit Suidæ narratio s. v. *Αἰσχύλος, φυγὼν δὲ εἰς Σικελίαν διὰ τὸ πεσεῖν τὰ ἰκρία ἐπιδεικνυμένου αὐτοῦ, χελώνης ἐπιρριφείσης αὐτῷ ὑπὸ ἀετοῦ φέροντος κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀπώλετο ἐτῶν νη'* (scr. *ξη'*) *γενόμενος.* Tabulata olymp. 70, 1. collapsa esse, quo tempore primam docuisse fabulam Æschylum supra annotavimus, idem tradit s. v. *Πρατίνας, ἀντηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ τε καὶ Χοιρίλῳ ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀλυμπιάδος καὶ πρῶτος ἔγραψε σατύρους. ἐπιδεικνυμένου δὲ τούτου* (Pratinam dicit) *συνέβη τὰ ἴκρια, ἐφ' ὧν ἑστήκεσαν οἱ θεαταὶ, πεσεῖν. καὶ ἐκ τούτου θέατρον ᾠκοδομήθη Ἀθηναίοις* [c]. Quæ si quis inter se comparaverit, non difficile intellectu est grammaticum aliquem, nulla habita temporum ratione, tabulatorum ruinam, cujus caussa ludos scenicos Athenis cessasse ab nemine traditum est, cum itinere Siculo Æschyli conjunxisse, et ita quidem ut post illud tempus nunquam in patriam redisse videatur poeta, quod falsissimum est. Nihilo verisimilior itineris caussa est quam ab elegia quadam Simonidis *nonnullos* repetivisse narrat scriptor vitæ. Quorum commentorum vanitatem qui bene sensit Boeckhius in libro de tragicis recte judicavit Æschylum non videri ante olymp. 77, 4. in Siciliam abisse, quo tempore victus ab Sophocle juvene esset [d]. Illud vero minus probabiliter sumsit Boeckhius, poetam nunquam in patriam revertisse, sed per annos tredecim in Sicilia esse commoratum, donec olymp. 81, 1. diem supremum obierit, tetralogiam autem Oresteam, quam Athenis esse actam novimus olymp. 80, 2, non præsentem docuisse, sed Euphorioni filio aliive amicorum suorum docendam misisse absentem, quod nec per se verisimile, neque a quoquam traditum est, nisi quis ambigua Plutarchi verba in hanc partem interpretari velit. Verisimilior Bergkii conjectura est (in Zimmermanni Diario a. 1835. fol. 119. p. 957.) Æschylum quum olymp. 77, 4. Syracusas se contulisset ad Hieronem, poetarum studiis eximie faventem [e], post aliquod tempus, et fortasse quidem mortuo Hierone olymp. 78, 2,

[c] Vid. Hesych. s. v. *ἰκρία* cum annot. Alberti.

[d] Ad aliam repulsam referendum videtur quod ex Theophrasti vel Chamæleontis libro *περὶ ἡδονῆς* narravit Athen. 8. p. 347 E. *Αἰσχύλος ἡττηθεὶς ἀδίκως ποτε—ἔφη χρόνῳ τὰς τραγῳδίας ἀνατιθέναι, εἰδὼς ὅτι κομιεῖται τὴν προσήκουσαν τιμήν.*

[e] Pausan. 1, 2, 3. *συνῆσαν δὲ ἄρα καὶ τότε τοῖς βασιλεῦσι ποιηταὶ—καὶ ἐς Συρακούσας πρὸς Ἱέρωνα Αἰσχύλος καὶ Σιμωνίδης ἐστάλησαν.*

Athenas revertisse, ibique fabulas plures docuisse, iterum vero olymp. 80, 2. vel 3. in Siciliam abisse ad Geloos, ibique anno tertio post, olymp. 81, 1, mortuum esse: quo pacto facillime explicari potest quod ab scriptore vitæ duplici commoratione Sicula in unam confusa traditur, *ἐλθὼν—ἐτελεύτα*, nec Plutarchi repugnat testimonium, qui quum Æschylum olymp. 77, 4. in Siciliam abisse narrasset, addidit *ὅπου καὶ τελευτήσας περὶ Γέλαν τέθαπται*, omissa diserta reditus in patriam novique itineris mentione. De fabulis ab Æschylo in Sicilia editis tantum scimus, Ætnæas gratificantem Hieroni scripsisse poetam, cujus rei testem habemus biographum, Persarumque fabulam, olymp. 76, 4. Athenis editam, in theatro Syracusano repetivisse, de quo schol. Aristoph. Ran. 1060. *δοκοῦσι δὲ οὗτοι οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ Αἰσχύλου δεδιδάχθαι ἐν Συρακούσαις, σπουδάσαντος Ἱέρωνος, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν γ' περὶ κωμῳδιῶν.* et scriptor vitæ Æschyli, *φασὶν ὑπὸ Ἱέρωνος ἀξιωθέντα ἀναδιδάξαι τοὺς Πέρσας ἐν Σικελίᾳ καὶ λίαν εὐδοκιμῆσαι.* Quot et quas fabulas post reditum ex aula Syracusana Athenis docuerit, non est ab veteribus proditum, si ab tetralogia Orestea disceseris. Nam de Phorcidibus ita loquitur Athenæus 9. p 402 C. ut non satis appareat utrum in Sicilia an Athenis scriptas fuisse dicat, *οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι οἱ περὶ τὴν Σικελίαν κατοικοῦντες ἀσχέδωρον καλοῦσι τὸν σύαγρον. Αἰσχύλος γοῦν ἐν Φορκίσι—φησὶν—" ἀσχέδωρος ὥς."—ὅτι δὲ Αἰσχύλος διατρίψας ἐν Σικελίᾳ πολλαῖς κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς οὐδὲν θαυμαστόν.*

OLYMP. 78.

1. *Theogenides.* 2. *Lysistratus.* 3. *Lysanias.* 4. *Lysitheus.*

2. Hiero Catanæ moritur. V. Diodor. 11, 66. et conf. schol. Pind. Olymp. 1, 1.

OLYMP. 79.

1. *Archidemides.* 2. *Tlepolemus.* 3. *Conon.* 4. *Euippus* (*vel Euthippus*).

OLYMP. 80.

1. *Phrasiclides.* 2. *Philocles.* 3. *Bion.* 4. *Mnesithides.*

2. Æschyli Orestea. Scriptor argumenti Agamemnonis, ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς. Schol. Aristoph. Ran. 1155. τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρέστειαν αἱ διδασκαλίαι, Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα σατυρικόν. Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος τριλογίαν λέγουσι, χωρὶς τῶν σατυρικῶν.

Eodem vel proximo anno Gelam abit Æschylus: de quo diximus ad olymp. 77, 4.

OLYMP. 81.

1. *Callias.* 2. *Sosistratus.* 3. *Ariston.* 4. *Lysicrates.*

1. Gelæ moritur Æschylus annos natus 69. Marmor Parium p. 302, 74. Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη ꟼΔΓΙΙΙΙ. ἐτελεύτησεν ἐν [Γέλ]ᾳ τῆς [Σι]κελίας—ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλίου τοῦ προτέρου. Schol. Aristoph. Acharn. 10. ἐτελεύτησε (Αἰσχύλος) ἐπὶ ἄρχοντος Καλλίου τοῦ μετὰ Μνησίθεον (Μνησιθείδην vocat Diodorus 11, 81.) τούτων (i. e. olymp. 88, 3.) πρότερον ἐνιαυτῷ λ'. Confirmat hanc rationem quod Æschylum olymp. 72, 3. annos natum fuisse 35. annotavit chronographus marmoris Parii. Ab scriptore vitæ, cujus verba apposuimus ad olymp. 77, 4. mortuus esse dicitur anno ætatis sexagesimo quinto, de quo diximus ad olymp. 63, 4.

Eodem anno primam fabulam docet Euripides annos natus quinque et viginti. Scriptor vitæ Euripidis ab Elmsleio editæ in appendice ad Bacchas p. 194. ἤρξατο διδάσκειν γενόμενος ἐτῶν εἰκοσιὲξ (rectius Thomas Mag. ἐτῶν πέντε καὶ εἴκοσι, quum natus Euripides sit olymp. 75, 1.) ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος (κατὰ recte addit Elmsleius) ὀλυμπιάδα ὀγδοηκοστὴν πρώτην. πρῶτον δὲ ἐδίδαξε τὰς Πελιάδας ἔτει πρώτῳ, ὅτε καὶ τρίτος ἐγένετο.

Eidem olympiadi Rhesum Euripidis adscribendum esse conjeci in annot. vol. 3. p. 559.

Sub hac olympiade Eusebius Chron. p. 339. ed. Mai.: *Aristarchus tragicus hoc tempore erat.* Suidas, Ἀρίσταρχος Τεγεάτης—σύγχρονος ἦν Εὐριπίδῃ καὶ ἐδίδαξε μὲν τραγῳδίας ἑβδομήκοντα, ἐνίκησε δὲ δύο, βιοὺς ὑπὲρ ἔτη ρʹ.

Eusebius ibid. *Cratinus et Plato comici hac ætate occurrebant.* Georg. Syncell. p. 247 D. Κρατῖνος καὶ Πλάτων οἱ κωμικοὶ ἤκμαζον. Temporum rationi repugnat quod cum Cratino conjungitur Plato, multis ille annis junior Cratino. Non minus ineptum est quod Cratinus olympiade demum octogesima prima, quo tempore prope septuagenarius fuit, inclaruisse dicitur, vel olympiade adeo octogesima quinta, ut in Prolegomenis de comœdia scriptum est vol. 1. p. 23, 25. Κρατῖνος Ἀθηναῖος νικᾷ μετὰ τὴν πεʹ ὀλυμπιάδα, quod Meinekio Hist. com. p. 45. κατὰ τὴν παʹ scribendum videtur propter locum Eusebii. Et recte fortasse κατά: quanquam ne hoc quidem satis certum esse ostendi vol. 3. p. 396: sed numerus nihil caussæ est cur Eusebiano, cujus perversitatem modo notavimus, accommodetur. Quamobrem probabilior correctio videtur μετὰ (vel κατὰ) τὴν πέμπτην καὶ οʹ ὀλυμπιάδα, quo tempore quadragenarius fuit Cratinus.

OLYMP. 82.

1. *Chærephanes.* 2. *Antidotus.* 3. *Euthydemus.* 4. *Pedieus.*

Ion Chius tragœdias docere incipit. Suidas, Ἴων Χῖος, τραγικὸς καὶ λυρικὸς καὶ φιλόσοφος, υἱὸς Ὀρθομένους—ἤρξατο δὲ τὰς τραγῳδίας διδάσκειν ἐπὶ τῆς πβʹ ὀλυμπιάδος. δράματα δὲ αὐτοῦ ιβʹ, οἱ δὲ λʹ, ἄλλοι δὲ μʹ φασίν.

Eidem olympiadi Crates comicus adscribitur ab Eusebio Chron. p. 339. *Crates comicus et Telesilla* (*Praxilla* Meinek. Hist. com. p. 59.) *cognoscebantur.* Non ultra olymp. 88, 4. vixisse Cratetem ex Aristoph. Eq. 534. intelligitur, qui mortui mentionem facit.

OLYMP. 83.

1. *Philiscus.* 2. *Timarchides.* 3. *Callimachus.* 4. *Lysimachides.*

3. Nascitur Eupolis, quantum ex verbis Suidæ colligitur ad olymp. 87, 3. apponendis. In idem fere tempus Aristophanis incidere natales ex eo conjici potest quod *σχεδὸν μειρακίσκος* fuisse dicitur quum primum in certamen prodiret olymp. 88, 1.

Hac olymp. tragœdiam docet Achæus. Suidas, Ἀχαιὸς—Ἐρετριεὺς, τραγικὸς, γέγονε κατὰ τὴν οδ' ὀλυμπιάδα καὶ δράματα ἐδίδαξε μδ', οἱ δὲ τριάκοντα ἱστορήκασιν, ἄλλοι κδ'. ἐνίκησε δὲ ἕν. (ἑνί codex Leid. Utrumque dici potuit potuitque etiam ἅπαξ. Ἐνίκησε δύο dixit Suidas s. v. Ἀρίσταρχος, ἐνίκησεν ἅπαξ s. v. Ἄρχιππος.) ἦν δὲ νεώτερος Σοφοκλέους ὀλίγῳ τινί. ἐπεδείκνυτο (sic Casaubonus: ἐπεδείκνυντο libri) δὲ κοινῇ σὺν (recte, ut opinor, Ἴωνι addit Bernhardyus) καὶ Εὐριπίδῃ ἀπὸ τῆς πγ' ὀλυμπιάδος.

Ad eandem olymp. Cratini Ἀρχιλόχους rettulit Clintonus p. 51. quæ conjectura nititur fragmento quod Plutarchus attulit V. Cimon. c. 10. ubi Metrobius *κἀγὼ γὰρ ηὔχουν*, inquit, —*σὺν*—Κίμωνι λιπαρὸν γῆρας εὐωχούμενος αἰῶνα πάντα συνδιατρίψειν, ὁ δὲ λιπὼν βέβηκε πρότερος. Mortuus autem Cimo erat olymp. 82, 4: vid. Thucyd. 1, 112.

OLYMP. 84.

1. *Praxiteles.* 2. *Lysanias.* 3. *Diphilus.* 4. *Timocles.*

1. Pericles rem publicam solus moderari incipit: quod e verbis Plutarchi V. Pericl. c. 16. recte collegit Clintonus p. 62—64.

3. Primum in certamine tragico præmium obtinet Euripides. Marmor Parium p. 302, 75. Εὐριπίδης ἐτῶν ὢν ΔΔΔΔΙΙΙ τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησεν—ἄρχοντος Ἀθήνησι Διφίλου. Hoc est quod in didascaliis dici solet *πρῶτος ἦν*, quemadmodum *τρίτος γεγονέναι* dicitur Euripides loco supra allato ad olymp. 81, 1. Quod autem annos natus fuisse dicitur tres et quadraginta, minus accurate dictum esse notavimus ad olymp. 75, 1.

4. Bellum Samium: de quo v. Thucyd. 1, 115—117. Diodor. 12, 27. Tempus belli accurate describit schol. Aristoph. Vesp. 283. τὰ περὶ Σάμον ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει πρότερον (ante olymp. 89, 2.) ἐπὶ Τιμοκλέους γέγονε καὶ ἐπὶ τοῦ ἑξῆς Μορυχίδου· recte non Timoclem solum nominans, ut fecit Diodorus, sed Morychidis nomen adjungens. Duæ enim adversus Samum expeditiones susceptæ ab Atheniensibus sunt, quarum altera partim in annum incidit Morychidis, Samo per novem menses a Pericle obsessa. Uberius hæc persecutus est Seidlerus in Prolegomenis ad Sophoclis Antigonam p. xxxviii. ed. Hermann. Alteri expeditioni prætorem cum Pericle interfuisse Sophoclem Strabonis (14. p. 638.) aliorumque testimoniis constat. Consentit additis annorum notis scriptor vitæ Sophoclis, καὶ Ἀθηναῖοι δὲ αὐτὸν ξθʹ ἐτῶν ὄντα στρατηγὸν εἵλοντο πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν ἔτεσιν ἑπτὰ ἐν τῷ πρὸς Ἀνανίους πολέμῳ. Duo in his vitia sunt, alterum numeri ξθʹ, pro quo in aliis libris ξεʹ scriptum, unde recte Seidlerus νεʹ [f], alterum nominis Ἀνανίους, quod ab Triclinio in Ἀναίαν mutatum probabilius correxit Boeckhius Ἀναίους, nisi quis Σαμίους malit cum Seidlero. Nam etsi Anæam quoque, Samiorum coloniam, in illo bello agressi esse possunt Athenienses, mirum tamen videtur belli nomen contra atque alii scriptores fecerunt ab Anæis potius quam ab Samiis repeti a grammatico. Præturæ autem honore dignatos poetam esse Athenienses, quod ipsis valde placuisset Antigonæ fabula, tradit argumenti Græci scriptor Aristophanes, ut fertur, grammaticus, sed translaticio isto usus φασί, φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. ex quo sequeretur Antigonam brevi ante expeditionem illam tempore actam esse, fortasse Timocle archonte. Non multum tamen tribuendum esse istiusmodi narrationibus, quales non paucas contra manifestas adeo temporum rationes excogitarunt grammatici, jam in Annot. ad Sophoclem monui p. 185. Similes de Phrynichi et Thucydidis prætura fabulæ sunt apud Ælian. V. H. 3, 8. et ap. scriptorem vitæ Thucydidis vol. 1. p. xx. ed. Bekk. Absurdissime vero scholiasta Euripidis Phœn. 1710.

[f] In eundem ætatis annum incidit epigramma ap. Plutarch. Mor p. 785 B. τουτὶ δὲ ὁμολογουμένως Σοφοκλέους ἐστὶ τὸ ἐπίγραμμα,

ᾠδὴν Ἡροδότῳ τεῦξεν Σοφοκλῆς ἐτέων ὢν
πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα.

locum quendam Phœnissarum, quæ fabula olymp. 91. acta est, argumentum præbuisse Sophoclis Antigonæ hariolatur.

OLYMP. 85.

1. *Morychides.* 2. *Glaucinus* (*s. Glaucides*). 3. *Theodorus.* 4. *Euthymenes.*

1. Comœdiæ libertas legibus coercetur. Scholiasta Aristoph. Ach. 67. *οὗτος ὁ ἄρχων* (Euthymenes), *ἐφ' οὗ κατελύθη τὸ ψήφισμα τὸ περὶ τοῦ μὴ κωμῳδεῖν, γραφὲν ἐπὶ Μορυχίδου. ἴσχυσε δὲ ἐκεῖνόν τε τὸν ἐνιαυτὸν καὶ δύο τοὺς ἑξῆς ἐπὶ Γλαυκίνου τε καὶ Θεοδώρου, μεθ' οὓς ἐπ' Εὐθυμένους κατελύθη.* Legem ipsam non eo valuisse ut nisi celato nomine quemquam vellicare in scena nemini liceret, sed hoc tantum cautum esse ne poetæ comici, si quem lædere vellent, eum nominatim et ignominiosas partes agentem in scenam producerent, recte monuit Meinekius Histor. com. p. 40. post Clintonum Fast. Hell. vol. 2. p. lii. seqq. qui præter alia Hermogenis locum attulit *περὶ συλλογισμοῦ* p. 75. ed. Laur. *ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν ὁ νόμος ἐκώλυσεν. αὐτοπροσώπως εἰσάγων τις τοὺς κωμῳδουμένους ὑπάγεται τῷ νόμῳ ὡς ὀνομαστὶ κωμῳδῶν* etc. Iisdem temporibus etiam illam legem perlatam esse suspicatur Meinekius, qua ne quis Areopagita comœdiis scribendis operam daret prohibitum est, memoratam ab Plutarcho Mor. p. 348 C. *τῶν δραματοποιῶν τὴν μὲν κωμῳδοποιίαν οὕτως ἄσεμνον ἡγοῦντο καὶ φορτικὸν, ὥστε νόμος ἦν μηδένα ποιεῖν κωμῳδίας Ἀρεοπαγίτην.* Quæ valde incerta conjectura est. De comœdiæ libertate iterum labefactata Syracosii cujusdam psephismate dicetur ad olymp. 91, 2.

2. Euripidis Alcestis docetur tribus tragœdiis satyrici dramatis loco adjecta. Didascalia ex cod. Vaticano ab me edita in præfat. ad Alcest. p. 6. *ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίνου* (*Γλαυκίδου* nomine appellatur hic archon ab Diodoro 12, 20.) *ἄρχοντος. πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς· δεύτερος Εὐριπίδης Κρήσσαις, Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος, Τηλέφῳ, Ἀλκήστιδι.—Ἰσίδοτος* (*εἰσὶ δὲ* codex) *ἐχορήγει.*

3. Comici ignoti fabula *Σάτυροι* inscripta docetur. Inscriptio ab homine Romano ex didascaliis Atticis composita ap. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 349. quam integram hoc loco apponi-

mus, lacunis, quatenus fieri potuit, expletis partim ex Boeckhii partim ex Bergkii conjecturis in Comment. de com. Att. p. 143.

. . . . ἐπὶ Ἀντιοχίδου Κυ . . . .
. . . . . . ς κωμῳδίᾳ $\overline{\Delta}$, ἐν ἄ[στει . . . .
. . κω]μῳδίᾳ. ἐπὶ Τιμοκλέ[ους . . .
. . ἐπὶ Θεοδώρου Σατύροις . . . . . .
. . . εροῖς σιδηροῖς. ἐπὶ Πυ[θοδώρου . .
. . . οις $\overline{\mathrm{E}}$. ἐπὶ Ἀντιοχίδου . . . . .
. . Λ]ύσιππος ἐνίκα Μεν . . . .
ἐπὶ . . . . . .]που Καταχῆναις . . . . .
Βάκχ]αις. αὗται μόναι σώ[ζονται . . . .
ἐπὶ Διοφάντου Διονυ[σ . . . .
ἐν ἄσ]τει. ἐπὶ Νικοτελέους . . . . .
. . . . . $\overline{\mathrm{E}}$. ἐπὶ Λυσιμάχου . . . . .
. . . . . ι. ἐπὶ Μοριχίδου . . . . .
. . . . . ο]υς Κολεοφόροις.

Numeros Δ et E non ad præmiorum, quæ tria tantum fuerunt, sed ad commissionis ordinem referendos esse monet Boeckhius. Eadem numerorum Γ, Δ, E ratio in duobus similibus monumentis est, a Boeckhio ibidem tractatis p. 353. 353. in quibus Antiphanis aliorumque recentiorum comicorum fabulæ quædam recensentur. Quinarum simul fabularum commissarum exemplum aliud afferemus olymp. 97, 4.

Eodem anno vincit Pherecrates. Grammaticus in Excerptis de comœdia p. 24, 7. Φερεκράτης Ἀθηναῖος νικᾷ ἐπὶ Θεοδώρου. Nam sic vulgatum θεάτρου recte correxisse videtur Dobræus.

4. Comœdiæ libertas restituitur. V. ad olymp. 85, 1.

OLYMP. 86.

1. *Lysimachus.* 2. *Antiochides.* 3. *Chares.* 4. *Apseudes.*

2. Lysippi comœdia docetur, de qua v. ad olymp. 85, 3.

4. Hermippus comicus Aspasiam in judicium vocat. Plut. V. Pericl. c. 32. περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον (paullo ante belli Peloponnesiaci initium) Ἀσπασία δίκην ἔφευγεν ἀσεβείας, Ἑρμίππου τοῦ κωμῳδιοποιοῦ διώκοντος, καὶ προσκατηγοροῦντος ὡς Περικλεῖ γυναῖκας ἐλευθέρας εἰς τὸ αὐτὸ φοιτώσας ὑποδέχοιτο.

Huic olympiadi Phrynichum comicum adscribit Suidas, qui rectius ad proximam refertur. V. ad 87, 3.

Eidem olympiadi adscribenda erit Calliæ *γραμματικὴ τραγῳδία*, si vera tradidit Clearchus Solensis ap. Athen. 7. p. 276 A. *καὶ γὰρ Καλλίαν τὸν Ἀθηναῖον γραμματικὴν συνθεῖναι τραγῳδίαν, ἀφ' ἧς ποιῆσαι τὰ μέλη καὶ τὴν διάθεσιν Εὐριπίδην ἐν Μηδείᾳ* (olymp. 87, 1.) *καὶ Σοφοκλέα τὸν Οἰδίπουν* (Œdipum regem dicit). et copiosius ibid. 10. p. 453 C. ubi Callias dicitur *μικρὸν ἔμπροσθεν γινόμενος τοῖς χρόνοις Στράττιδος.* Ad ejusdem tragœdiæ exemplum locos quosdam Sophoclis Amphiarai, dramatis satyrici, et Thesei Euripidis compositos esse annotavit Athenæus ibid. p. 454 B. et F.: quas duas fabulas ante olymp. 89, 2. scriptas esse ex Aristophanis Vespis cognoscitur: v. schol. ad v. 312. 1501.

OLYMP. 87.

1. *Pythodorus.* 2. *Euthydemus.* 3. *Apollodorus.* 4. *Epaminon.*

1. Euripidis Medea. Scriptor argumenti, *ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην ὀλυμπιάδα. πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης, Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ σάτυροι.*

Belli Peloponnesiaci initium. V. Thucyd. 2, 4.

2. Plutarch. V. Pericl. c. 33. *πολλοὶ ᾖδον ᾄσματα καὶ σκώμματα ἐφυβρίζοντες αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν· ἐπεφύετο δὲ καὶ Κλέων, ὡς τὰ ἀνάπαιστα ταῦτα δηλοῖ, ποιήσαντος Ἑρμίππου, Βασιλεῦ σατύρων, τί ποτ' οὐκ ἐθέλεις | δόρυ βαστάζειν, ἀλλὰ λόγους μὲν | περὶ τοῦ πολέμου δεινοὺς παρέχει, | ψυχὴν δὲ Τέλητος ὑπέστης;* Versus ex *Μοίραις* fabula petiti (ut ex Athenæo 8. p. 344 C. et 15. p. 668 A. collegit Meinek. Hist. com. p. 91.), eo scripta tempore quo Lacedæmonii primum Atticam invaserant. Itaque ad olymp. 87, 2. probabiliter refertur a Clintono p. 63.

3. Nascitur Plato philosophus. V. Athen. 5. p. 217 B. aliosque scriptores ab Clintono indicatos p. 63.

Eupolis et Phrynichus fabulas docere incipiunt. Proleg. de comœdia p. 24, 11. *ἐδίδαξεν* (*Εὔπολις*) *ἐπὶ ἄρχοντος Ἀπολλοδώρου, ἐφ' οὗ καὶ Φρύνιχος.* Eupolin *ιζ' ἐτῶν γεγονότα ἄρξασθαι ἐπιδείκνυσθαι* refert Suidas. Ex quo colligitur natum poetam

esse olymp. 83, 3. Phrynichum olympiadi 86. adscribit Suidas, *Φρύνιχος Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας· ἐδίδαξε τὸ πρῶτον ἐπὶ τῆς πϛ'. ὀλυμπιάδος*, minus accurate, ut videtur: Eupolin contra olympiadi 88. Cyrillus adv. Julian. p. 13. B. *ὀγδοηκοστῇ ὀγδόῃ τὸν κωμῳδὸν Ἀριστοφάνην Εὔπολίν τε καὶ Πλάτωνα γενέσθαι·* et omissa Platonis mentione Georg. Syncell. p. 257 C. non temporum, ut opinor, ignari, sed quod Aristophanem et Platonem olympiade 88. primas docuisse fabulas scirent neque operæ pretium ducerent breve quo ab illis poetis distat Eupolis temporis intervallum diserte notare. Manifesto vero errore Cratinus et Plato ut æquales conjunguntur in Canone Eusebii et ap. Georg. Syncellum (p. 247 D): quod notavimus ad Olymp. 81.

4. Euripidis Hippolytus. Scriptor argumenti, *ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἐπαμείνονος ἄρχοντος, ὀλυμπιάδι πζ' ἔτει τετάρτῳ. πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων.*

Moritur Pericles. Athen. 5. p. 217 E. *Περικλῆς δ' ἀποθνήσκει κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἄρχοντος Ἐπαμείνονος.* Diogen. L. 3, 3. *Πλάτων δὲ* (quem alii anno ante natum esse tradunt) *ἐπὶ Ἀμεινίου* (scribendum *ἐπ' Ἐπαμείνονος*) *γέγονεν, ἐφ' οὗ Περικλῆς ἐτελεύτησεν.* Auctumno mortuum esse ex verbis Thucydidis 2, 65. *ἐπεβίω δὲ τῷ πολέμῳ δύο ἔτη καὶ ἓξ μῆνας*, recte collegit Clintonus p. 62. Nam belli initium a decimo mense Pythodori (olymp. 87, 1.) computatur.

Hac olympiade fabulas docere incipit Aristomenes. Suidas, *Ἀριστομένης Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, οἳ ἦσαν ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν, ὀλυμπιάδι πζ'.*

Tertio quartove hujus olymp. anno Sophoclis Œdipum regem adscribendum videri dixi in Annot. ad Sophoclem p. 21. Victum a Philocle, mediocris famæ tragico, Sophoclem esse quum fabulam illam doceret, narrat Aristides vol. 2. p. 256. de quo dixi ibid. p. 22.

OLYMP. 88.

1. *Diotimus.* 2. *Eucles.* 3. *Euthynus*[g]. 4. *Stratocles.*

1. Aristophanis Dætalenses. Prolegom. de comœdia p. 24, 16. ἐδίδαξε δὲ (Aristophanes) πρῶτος ἐπὶ ἄρχοντος Διοτίμου διὰ Καλλιστράτου[h]. τὰ μὲν γὰρ πολιτικὰ τούτῳ φασὶν αὐτὸν διδόναι, τὰ δὲ κατ' Εὐριπίδου καὶ Σωκράτους Φιλωνίδῃ. Primam hanc fabulam Dætalenses fuisse testatur schol. Nub. 529.: alieno nomine editam esse poeta ipse significat v. 530. κἀγὼ, παρθένος γὰρ ἔτ' ἦ κοὐκ ἐξῆν πώ μοι τεκεῖν, ἐξέθηκα, παῖς δ' ἑτέρα τις λαβοῦσ' ἀνείλετο. Ad eandem fabulam spectat schol. Ran. 504. σχεδὸν γὰρ μειρακίσκος (Aristophanes) ἤδη ἥπτετο τῶν ἀγώνων.

2. Aristophanis Babylonii. Photius Lex. p. 499, 1. τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου κέ ἐπὶ Εὐκλέους. De quo dixi ad fragm. p. 540.

Huic vel proximo anno Hermippi Φορμοφόρους adscripsit Clintonus p. 67. conjectura probabili. Ea enim in fabula Phrynichi comici, qui olymp. 87. fabulas docere cœpit, mentio facta est (v. schol. Aristoph. Av. 750.) et Sitalcis (v. Athen. 1. p. 27 E.), qui socius Atheniensium factus olymp. 87, 2. (Thucyd. 2, 29.), occisus autem est olymp. 89, 1. (Thucyd. 4, 101.)

3. Aristophanis Acharnenses. Scriptor argumenti, ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους (corrigendum Εὐθύνου) ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου· καὶ πρῶτος ἦν· δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις. οὐ σώζονται[i]. τρίτος Εὔπολις Νουμηνίαις. Sexto belli Peloponnesiaci anno fabulam scriptam esse poeta ipse indicat v. 266. 890.

4. Aristophanis Equites. Scriptor argumenti, ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Στρατοκλέους ἄρχοντος δημοσίᾳ εἰς Λήναια δι' αὐτοῦ Ἀριστοφάνους. πρῶτος ἐνίκα· δεύτερος Κρατῖνος Σατύροις· τρίτος

[g] Nam hoc verum esse nomen viri, non *Euthydemus*, quod ex Diodoro et Athenæo posuit Clintonu ps. 64, ex inscriptione constat ab L. Rossio reperta (v. Allgemeine Literaturzeitung, Nov. 1838. fol. 196. p. 358), de qua dixi ad schol. Aristoph. vol. 3. p. 415. ubi adde Εὔθυνον ex Schol. Luciani Timon. c. 30.

[h] Imo διὰ Φιλωνίδου, si quid tribuendum duorum aliorum grammaticorum testimoniis, de quibus dixi ad fragm. p. 527.

[i] Verba οὐ σώζονται post Νουμηνίαις transposuit Elmsleius probabiliter: nam Νουμηνίαι Eupolidis non magis videntur in grammaticorum manus pervenisse quam Χειμαζόμενοι Cratini.

Ἀριστομένης Ὑλοφόροις. δι' αὐτοῦ dicit grammaticus, quia prima hæc fabula est quam non alieno, ut præcedentes tres, sed suo ipsius nomine inscriptam docuit Aristophanes, quod confirmatur poetæ verbis v. 513. *Octavus* belli annus agi dicitur v. 793, calculis, ut monuit Clintonus, non a mense decimo Pythodori olymp. 87, 1. subductis, sed a pugna ad Potidæam, octo mensibus ante pugnata. Itaque *ἔτος ὄγδοον* non repugnat *ἕκτῳ ἔτει*, quod in Acharnensium fabula, anno ante Equites acta, nominavit poeta.

Eidem proximove anno Holcadum fabula adscribenda videtur, de qua grammaticus in Proleg. ad Pacem vol. 3. p. 4, 20. *οὐ τοῦτο δὲ μόνον ὑπὲρ εἰρήνης Ἀριστοφάνης τὸ δρᾶμα καθῆκεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἀχαρνεῖς καὶ τοὺς Ἱππέας καὶ Ὁλκάδας, καὶ πανταχοῦ τοῦτο ἐσπούδακεν, τόν τε Κλέωνα κωμῳδῶν τὸν ἀντιλέγοντα καὶ Λάμαχον τὸν φιλοπόλεμον ἀεὶ διαβάλλων.*

Huic olympiadi Hecubam Euripidis adscribendam videri dixi in Annot. p. 35.

OLYMP. 89.

1. *Isarchus.* 2. *Aminias.* 3. *Alcæus.* 4. *Aristion.*

1. Aristophanis Nubes priores. Scriptor argumenti, *ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ.* Consentiunt schol. Nub. 549. 552. Vesp. 1033. 1039. Alteram quæ hodie superest Nubium editionem nunquam in scenam a poeta esse productam Eratosthenis constat testimonio ap. schol. ad v. 552. de quo dixi ad fragm. p. 507. 508, notato grammaticorum quorundam errore, qui Aminia archonte (olymp. 89, 2.) denuo actam esse narrarunt. Non scriptam esse ante olymp. 89, 4. ex parabasi apparet: vid. ad v. 518.

Paucis post *Πυτίνην* fabulam mensibus, i. e. olymp. 89, 2. obisse Cratinum ex Luciani colligitur Macrob. c. 25. *Κρατῖνος ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου διδάξας τὴν Πυτίνην καὶ νικήσας μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα.* Cratini mortui mentionem facit Aristophanes in Pace, quæ olymp. 89, 3. edita est, v. 702. E. *τί δαί; Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἔστιν;* T. *ἀπέθανεν, ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον.* quo testimonio utitur scriptor de comœdia p. 23, 25.

2. Aristophanis Proagon et Vespæ. Scriptor argumenti, ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμεινίου διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια ἐν τῇ πθ' ὀλυμπιάδι. δεύτερος ἦν· καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης Προαγῶνι. Λεύκων Πρέσβεσι τρίτος. De quo loco dixi ad fragm. p. 549. 550.

3. Moritur Cleo. V. Thucyd. 5, 10. Androtion. ap. schol. Aristoph. Nub. 549. Recte ab schol. Luciani Timon. c. 30. ἑπτὰ ἔτη προστῆναι Ἀθηναίων dicitur, i. e. a morte Periclis olymp. 87, 4. usque ad 89, 3. Conf. Plut. V. Pericl. c. 33.

Aristophanis Pax, in qua fabula mortui Cleonis mentio fit v. 649. Scriptor argumenti in codice Veneto, ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου ἐν ἄστει· πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτερσι. τὸ δὲ δρᾶμα ὑπεκρίνατο Ἀπολλόδωρος, ἡνίκα ἔτ' ἦν ὑποκριτὴς (ἡνίκα ἑρμῆν λοιοκρότης codex). Fabulam post mortem Ionis tragici scriptam esse ad v. 990. annotavit scholiasta.

4. Eupolidis Autolycus. Athenæus 5. p. 216 D. ἔστι δ' οὗτος ὁ καιρὸς καθ' ὃν Ἀριστίων (Ariston ap. Diodor. 12, 75.) ἄρχων ἦν. ἐπὶ τούτου γὰρ Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου. Intelligendus autem Autolycus prior. Altera quam grammatici memorant Autolyci fabulæ editio quo anno facta sit non constat.

Eupolidis Maricas. Schol. Aristoph. Nub. 552. φέρουσιν αἱ διδασκαλίαι ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν. Fabulam post mortem Cleonis scriptam esse testatur etiam schol. ad v. 592.

Pherecratis Ἄγριοι. Athen. 5. p. 218 D. λέγει γοῦν (Plato Protag. p. 327 D.) "Εἰ γὰρ εἶεν ἄνθρωποι ἄγριοι, οἵους πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ." ἐδιδάχθησαν δὲ οἱ Ἄγριοι ἐπ' Ἀριστίωνος ἄρχοντος.

OLYMP. 90.

1. *Astyphilus.* 2. *Archias.* 3. *Antiphon.* 4. *Euphemus.*

4. Agathon tragœdia vincit. Athen. 5. p. 217 A. ὅτε Ἀγάθων ἐνίκα, Πλάτων ἦν τεσσαρακαίδεκα ἐτῶν. ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ Εὐφήμου στεφανοῦται, Πλάτων δὲ γεννᾶται ἐπὶ Ἀπολλοδώρου τοῦ μετ' Εὐθύδημον. — ἀπὸ δὲ Ἀπολλοδώρου τεσσαρεσκαιδέκατός ἐστιν ἄρχων Εὔφημος.

OLYMP. 91.

1. *Arimnestus.* 2. *Chabrias.* 3. *Pisander.* 4. *Cleocritus.*

1. Euripidis Troades. Ælian. V. H. 2, 8. κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐνενηκοστὴν ὀλυμπιάδα—ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς, ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν, Οἰδίποδι καὶ Λυκάονι καὶ Βάκχαις καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῷ. τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Παλαμήδῃ καὶ Τρῳάσι καὶ Σισύφῳ σατυρικῷ. Consentit schol. Aristoph. Vesp. 1317. ὑστερεῖ ἡ τῶν Τρῳάδων κάθεσις (τῆς τῶν Σφηκῶν) ἔτεσιν ἑπτά. Ad Palamedem et Troades respici ab Aristoph. Av. 843. et 1717, quæ fabula acta est olymp. 91, 2., annotarunt scholiastæ.

Syracosii lex de coercenda comœdiæ libertate. Schol. Aristoph. Av. 1297. οὗτος γὰρ (ὁ Συρακόσιος) τῶν περὶ τὸ βῆμα.—δοκεῖ δὲ καὶ ψήφισμα τεθεικέναι μὴ κωμῳδεῖσθαι ὀνομαστὶ τινὰ, ὡς Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ φησί· (sequuntur corrupta et defecta verba poetæ ψῶρ' ἔχε Συρακόσιον. ἐπιφανὴς γὰρ αὐτῷ καὶ μέγα τύχοι.) ἀφείλετο γὰρ κωμῳδεῖν οὓς ἐπεθύμουν· διὸ πικρότερον αὐτῷ προσφέρονται. Monotropus acta olymp. 91, 2. "Itaque probabile est legem istam latam fuisse olymp. 91, 1. quæ etsi non diu valuit, ea tamen sequuta sunt tempora, quæ comœdiæ licentiam haud leviter attererent ipsisque adeo poetis pericula intenderent. Nam olymp. 92, 1. cum democratia etiam comœdiæ libertatem solutam fuisse, etsi nemo diserte tradidit, maxima suspicio est. Sed restituto mox populari imperio, denuo comœdia antiquam vim obtinuit, cujus rei luculenta exempla habemus Aristophanis Ranas et Cleophontem Platonis olymp. 93, 3. actas. Inde ab olymp. 93. 4. triginta viris sævientibus quin rursus arctioribus legibus adstricta fuerit comœdia, dubitari non potest." MEINEK. Hist. com. p. 41. 42.

Huic anno Eupolidis Βάπτας probabilibus usus rationibus adscripsit Meinek. Hist. com. p. 125.

2. Aristophanis Amphiaraus et Aves. Scriptor argumenti Avium, ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου διὰ Καλλιστράτου ἐν ἄστει, ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισι· πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. et alius grammaticus ibid. ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου· εἰς δὲ Λήναια τὸν Ἀμ-

φιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου. De Phrynichi Monotropo consentit schol. Av. 998.

Eidem anno Platonis Hyperbolum adscribit Meinek. Hist. com. p. 195.

3. Hegemonis Thasii *Γιγαντομαχία.* Chamæleon ap. Athen. 9. p. 406 E.—407 B. *Ἡγήμων ὁ Θάσιος ὁ τὰς παρῳδίας γράψας— ἐν τῇ Γιγαντομαχίᾳ οὕτω σφόδρα τοὺς Ἀθηναίους ἐκήλησεν, ὡς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ πλεῖστα αὐτοὺς γελάσαι· καὶ τότε ἀγγελθέντων αὐτοῖς ἐν τῷ θεάτρῳ τῶν γενομένων περὶ Σικελίαν ἀτυχημάτων* (v. Thucyd. 7, 75 seqq.) *οὐδεὶς ἀπέστη* (fort. *ἀνέστη*). *ἔκλαιον οὖν ἐγκαλυψάμενοι, οὐκ ἀνέστησαν δὲ, ἵνα μὴ γένωνται διαφανεῖς τοῖς ἀπὸ τῶν ἄλλων πόλεων θεωροῦσιν ἀχθόμενοι τῇ συμφορᾷ.* Fuit autem Hegemon æqualis Cratini primusque parodias in scenam produxit. Athen. 15. p. 698 C. *Κρατῖνος ὁ ποιητὴς καὶ τῶν κατ' αὐτὸν Ἡγήμων ὁ Θάσιος.* p. 699 A. *τούτων δὲ* (*τῶν παρῳδῶν*) *πρῶτος εἰσῆλθεν εἰς τοὺς ἀγῶνας τοὺς θυμελικοὺς Ἡγήμων.* Aristot. Poet. c. 3. *Ἡγήμων ὁ τὰς παρῳδίας ποιήσας πρῶτος.* Favisse ei Alcibiadem refert Athen. 9. p. 407 C. Quum parodias decimo demum vel nono post Cratini mortem anno recitare cœperit, non videtur nisi extrema tempora attigisse Cratini. Hæc Clinton. p. 75. 77. Antiquæ comœdiæ a nonnullis adscriptum fuisse testatur Athen. 1. p. 5 B. quod propter Philinam fabulam, ab Athenæo 15. p. 699 A. memoratam, factum esse conjicit Meinekius Hist. com. p. 214.

4. Euripidis Andromeda. Schol. Aristoph. Ran. 53. *ἡ γὰρ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει* (ante olymp. 93, 3.) *προεισῆκται.* Nondum editam fabulam fuisse quo tempore Aves docuerit Aristophanes (olymp. 91, 2.) annotavit schol. Av. 347. Disertius scholiastæ ad Thesm. 1069. testimonium est, *ἐπεὶ πέρυσιν* (anno ante Olymp. 92, 1.) *ἐδιδάχθη ἡ Ἀνδρομέδα.* Ejusdem tetralogiæ Helena fuit: de qua schol. ib. 1021. *συνδεδίδακται γὰρ* (*ἡ Ἀνδρομέδα*) *τῇ Ἑλένῃ.*

Huic anno Eupolidis *Δήμους* adscribit Meinek. Hist. com. p. 129.

Hac olymp. Archippus comœdia vincit. Suidas, *Ἄρχιππος— ἐνίκησεν ἅπαξ ἐπὶ τῆς ἐνενηκοστῆς πρώτης ὀλυμπιάδος.*

OLYMP. 92.

1. *Callias*. 2. *Theopompus*. 3. *Glaucippus*. 4. *Diocles*.

1. Aristophanis Lysistrata (Lenæis). Scriptor argumenti, ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρξαντος. εἰσῆκται δὲ διὰ Καλλιστράτου. schol. ad v. 173. Καλλίου ἄρχοντος, ἐφ' οὗ εἰσήχθη τὸ δρᾶμα. ad v. 1096. ἐπὶ Σικελίας ἔμελλον πλεῖν (olymp. 91, 2.) πρὸ ἐτῶν τεσσάρων τῆς καθέσεως τούτου τοῦ δράματος. Vid. annot. nostram ad Lysistr. p. 757.

Aristophanis Thesmophoriazusæ (Dionysiis urbanis). Scholiasta ad v. 1069. ἐπεὶ πέρυσιν ἐδιδάχθη ἡ Ἀνδρομέδα (quam olymp. 91, 4. actam esse aliunde constat). ad v. 190. γέρων γὰρ τότε Εὐριπίδης· ἕκτῳ γοῦν ἔτει ὕστερον (olymp. 93, 3.) τελευτᾷ. Vid. annot. nostram p. 701.

3. Sophoclis Philoctetes. Scriptor argumenti, ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου.· πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς.

4. Euripidis Orestes. Schol. ad v. 371. Διοκλέους, ἐφ' οὗ τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξε. Hegelochum histrionem, qui Orestem egerat Euripidis, risit Strattis in Ἀνθρωπορραίστῃ, comœdia non multo post, ut videtur, edita. V. Meinek. Hist. com. p. 224.

Aristophanis Plutus prior. V. schol. ad Pluti alterius v. 179. p. 92, 9. cum annot. Hemsterhusii. Consentit schol. ad v. 173. p. 87, 22. ἐν δευτέρῳ Πλούτῳ, ὃς ἔσχατος ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ εἰκοστῷ ἔτει ὕστερον (olymp. 97, 4.). Brevi tempore post Strattidis Ποταμίους fabulam actam esse conjici potest ex schol. ad Plut. v. 1195. ὁ Λυκόφρων, ὥς ὁ Ἐρατοσθένης φησὶν, ᾠήθη πρῶτον τοῦτον δᾳδας ᾐτηκέναι. πεποίηκε δὲ καὶ ἐν Ἐκκλησιαζούσαις αὐτό. ἀλλὰ γὰρ Στράττις πρὸ ἀμφοτέρων τούτων (Plutum priorem dicit et Ecclesiazusas) τοὺς Ποταμίους διδάσκων εἰς Φιλύλλιον ἀναφέρει τὸ πρᾶγμα· "ὑμεῖς τε πάντες ἔξιτ' ἐπὶ τὸ Πύθιον, ὅσοι πέρ ἐστε μὴ λαβόντες λαμπάδας μηδ' ἄλλο μηδὲν ἐχόμενον Φιλυλλίου."

Hac vel proxima olympiade Eupolin mortuum esse conjecit Meinekius Hist. com. p. 105.

OLYMP. 93.

1. *Euctemon.* 2. *Antigenes.* 3. *Callias.* 4. *Alexias.*

3. Moritur Euripides et brevi interjecto temporis intervallo Sophocles. De utroque Diodorus, ubi de rebus Callia archonte gestis exponit, 13, 103. *περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς Θεοφίλου* (corrig. *ὁ Σοφίλλου*), *ποιητὴς τραγῳδιῶν, ἔτη βιώσας ἐνενήκοντα, νίκας δ' ἔχων ὀκτωκαίδεκα. φασὶ δὲ τὸν ἄνδρα τοῦτον τὴν ἐσχάτην τραγῳδίαν εἰσαγαγόντα καὶ νικήσαντα χαρᾷ περιπεσεῖν ἀνυπερβλήτῳ, δι' ἣν καὶ τελευτῆσαι.* (Eandem narrationem cum similibus quibusdam de caussa mortis fabellis, partim ne temporum quidem rationi accommodatis, exponit scriptor vitæ Sophoclis.) *Ἀπολλόδωρος δὲ, ὁ τὴν χρονικὴν σύνταξιν πραγματευσάμενος, φησὶ καὶ τὸν Εὐριπίδην κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν τελευτῆσαι· τινὲς δὲ λέγουσι παρ' Ἀρχελάῳ τῷ βασιλεῖ Μακεδόνων κατὰ τὴν χώραν ἐξελθόντα κυσὶ περιπεσεῖν καὶ διασπασθῆναι, μικρῷ πρόσθεν τούτων τῶν χρόνων.* De Euripide dissentit chronographus marmoris Parii, qui ut in anno natali poetæ notando a vero aberravit (v. ad olymp. 73, 4.), ita mortis quoque annum non recte videtur designasse p. 302, 78. *ἄρχοντος Ἀντιγένους* (olymp. 93, 2.) Apollodori sententiam confirmat Eratosthenis testimonium apud scriptorem vitæ ab Elmsleio editæ, *ἐτελεύτησεν, ὥς φησι Φιλόχορος, ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονὼς, ὡς δὲ Ἐρατοσθένης οε'*, quem numerum Suidas quoque posuit s. v. *Εὐριπίδης* et Moschopulus in Vita Euripidis. Callias autem archon a Calliade (olymp. 75, 1.) est septuagesimus quintus. De Sophocle, quem superstitem Euripidis fuisse grammatici testantur qui de vita Euripidis scripserunt, cum Diodoro plane consentit Marmor Parium l. c. ubi poeta anno ætatis nonagesimo primo ex vita excessisse dicitur *ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλίου*, et scriptor argumenti Œdip. Colon. cujus verba apponemus olymp. 94, 3. Quintum et nonagesimum ætatis annum attigisse Sophoclem scribit Lucianus Macrob. c. 24. Rectum nonaginta annorum numerum posuit Diodorus: de quo diximus ad olymp. 71, 2. Mortuo utroque poeta Ranas scripsit Aristophanes docuitque Lenæis, id est septimo ejusdem anni mense: de quo scriptor argumenti Ranarum, *ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Ἀντιγένη διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια. πρῶτος ἦν· Φρύνιχος δεύτερος Μούσαις· Πλάτων τρί-*

τος Κλεοφῶντι. οὕτω δὲ ἐθαυμάσθη τὸ δρᾶμα διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παράβασιν ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη, ὥς φησι Δικαίαρχος. et grammaticus in argum. Soph. Œdip. Colon. ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου ἀνάγει τοὺς τραγικοὺς ὑπὲρ γῆς, ὁ δὲ Φρύνιχος ἐν Μούσαις, ἃς συγκαθῆκε τοῖς Βατράχοις, φησὶν οὕτως, Μάκαρ Σοφοκλέης, ὃς πολὺν χρόνον βιοὺς ἀπέθανεν etc. Ad fabulam autem hanc scribendam chorumque instituendum quum tribus minimum quattuorve mensibus opus fuisse manifestum sit, non dubitandum videtur quin anno Calliæ ineunte obierint Euripides atque Sophocles. Ex quo sequitur errasse Plutarchum, qui Sympos. 8, 1, Timæi usus auctoritate, Euripidem eo ipso die obisse tradiderit quo Syracusarum imperium occupaverit Dionysius major, quod quinto Calliæ mense factum esse ex verbis Diodori 13, 91. μικρὸν πρὸ τῆς χειμερινῆς τροπῆς colligitur.

Ejusdem Calliæ anno chori tragici et comici splendor imminutus. Schol. Aristoph. Ran. 406. ἔοικε δὲ παρεμφαίνειν ὅτι λιτῶς ἤδη ἐχορηγεῖτο τοῖς ποιηταῖς. ἐπὶ γοῦν τοῦ Καλλίου τούτου φησὶν Ἀριστοτέλης ὅτι σύνδυο ἔδοξε χορηγεῖν τὰ Διονύσια τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς· ὥστε ἴσως ἦν τις καὶ περὶ τὸν Ληναϊκὸν ἀγῶνα συστολή. χρόνῳ δ᾽ ὕστερον οὐ πολλῷ τινι καὶ καθάπαξ περιεῖλε Κινησίας τὰς χορηγίας· ἐξ οὗ καὶ Στράττις ἐν τῷ εἰς αὐτὸν δράματι ἔφη—τοῦ χοροκτόνου Κινησίου. De Cinesia ib. ad v. 153. ὁ Κινησίας ἐπραγματεύσατο κατὰ τῶν κωμικῶν ὡς εἶεν ἀχορήγητοι. Iisdem temporibus præmia sunt imminuta poetarum. Aristoph. Ran. 367. ἢ τοὺς μισθοὺς τῶν ποιητῶν ῥήτωρ ὢν εἶτ᾽ ἀποτρώγει, κωμῳδηθεὶς ἐν ταῖς πατρίοις τελεταῖς ταῖς τοῦ Διονύσου. ubi schol. τοῦτο εἰς Ἀρχῖνον· μήποτε δὲ καὶ εἰς Ἀγύρριον. μέμνηται δὲ τούτων καὶ Πλάτων ἐν Σκευαῖς καὶ Σαννυρίων ἐν Δανάῃ. οὗτοι γὰρ προϊστάμενοι τῆς δημοσίας τραπέζης τὸν μισθὸν τῶν κωμῳδῶν ἐμείωσαν κωμῳδηθέντες. De Agyrrhio schol. Eccles. 102. ὁ Ἀγύρριος—καὶ τὸν μισθὸν δὲ τῶν ποιητῶν συνέτεμε.

Ejusdem denique anni Dionysiis urbanis acta videtur tetralogia Euripidea, quam omisso dramatis satyrici nomine memorat schol. Aristoph. Ran. 67. οὕτω γὰρ καὶ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμώνυμον ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα (τὸν διὰ Κορίνθου significari ostendi in præfat. ad Eurip. Alcest. p. 9.), Βάκχας.

OLYMP. 94.

1. *Pythodorus.* 2. *Euclides.* 3. *Micon.* 4. *Xenænetus.*

